



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quid sit peccatum. A. B. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Aug. in En-
chi. c. 19. ad
principium.*

re volumus, nullaten⁹ dicere debem⁹ bonum est malum, & è cōuerso. Hoc autē Aug. in eodem lib. determinat dicens, Id q̄ dictum est in prophetia intelligendum est de ipsis rebus quibus hominem mali sunt, nō de hominib⁹. Vnde qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa prophetica detec-
tio: & in eum qui dicit malum hominem bonum vel bonum esse iniquum. Qui n. dicit hominem quantum homo est, malum esse: & bonitatem ei se iniquitatem, opus Dei culpat, quod est homo vitium hominis laudat, quod est iniquitas.

*Ibidem 13.
āserius.*

QVID SIT PECCATUM.

DISTINCT. XXXV.

PO ST hęc videndum est, quid sit peccatum. Peccatum est, vt ait Aug. Omne dictum, vel fa-
*Aug.ca. 27.
li. 12. con-
tra*
Faysum
Manich.
to. 6. Idem
August. in
princip. ca.
11. de duab.
animabus
li. Id quod
repetitur,
ca. 15. lxx.
retr.
To. 1. Ambr.
inobediētia præceptorum? Ergo in præuaricante
Cap. 8. into-
mo. 4.

stum, vel cōcupitum, quod fit contra legem Dei. Idē in li. de duabus animabus. Peccatum est vo-
luntas retinēdi vel consequendi q̄ iustitia vetat. Intraq̄ assignatione, de actuali peccato agitur &
mortali, non veniali. Ex prima descriptione ostē-
ditur peccatum esse voluntas mala, siue locutio &
operatio prava, id est, actus malus tam interior q̄
exterior: ex altera vero, tantum ostenditur esse ac-
tus interior. Voluntas enim, vt in superiorib. di-
ctum est, motus animi est: actus ergo interior est.
Ambr. quoq̄ in lib de paradyso ait, Quid est pec-
catum nisi legis diuinę p̄uaricatio, & cælestium
peccatum est, sed in mandante culpa non est.
Non enim consistet peccatum, si interdictio nō
fuisset. Non consistente autem peccato, nō solum
malitia, sed etiā virtus fortasse non esset: quia n̄i
aliqua malitię fuissent semina, vel sublisteret, vel
eminere non posset. Ecce præuaricationem legis,
& inobedientiam definit Ambroſius esse pec-
catum.

Diu-

Diversorum sententias de peccato ponit.

B

Quocirca diuersitatis huius verborum occasio-
ne, de peccato plurimi diuersa senserunt. Alii n. di-
cunt voluntatem malam tantum esse peccatum, &
non actus exteriores: Alii voluntatem & actus: A-
lii neutrum dicentes, omnes actus esse bonos & à
Deo, & ex Deo auctore esse, malum autem nihil esse
vrat Aug. super Ioan. Omnia per ipsum facta sunt,
& sine ipso factum est nihil, id est, peccatum φ Quaest. 6. in
nihil est: & nihil sunt homines, cum peccāt. Supra fin. in to. 4.
etiam dixit Aug. φ malum est priuatio boni, vel Aug. ca. 57.
corruptio boni: qui etiam in li. 83. q. ait, in principio
malum nullum modum habet: caret n. de dogma-
no. At modus aliquid boni est: nō igitur est quia nul-
la specie continetur: totumq; hoc nomen mali de
specie i priuatione repertum est. Item in dogmati-
bus ecclesiasticis dicitur malum, vel malitiam nō
esse à Deo creatam: sed à diabolo inuentam, qui &
ipse bonus creatus est. Idem etiam in libr: contra
Manichæos, quid sit peccatum ostendit, dicens; in principio
Peccare qd aliud est, nisi in veritatis præceptis, vel tom. 6.
in ipsa veritate errare? Quod si non voluntate fa-
ciunt, peccatores iniuste iudicantur. Quid ergo in
hactanta varietate tenendum, quid ve dicendum?

Vera sententia de peccato proponitur.

C

Sane dici potest, & liberè tradi debet, peccatum
esse actum malum interiorem & exteriorem, sci-
licet malam cogitationem, locutionem, & opera-
tionem: præcipue tamen in voluntate cōsistit pec-
catum; ex qua, tanquam ex arbore mala proce-
dunt opera mala tanquam fructus mali.

Traditio quorundam qui dicunt voluntatem malam

& actum, in quantum sunt esse naturas, & ideo
bona: in quantum vero mala sunt,

esse peccata.

D

Quidam autem diligenter attendentes verba Aug.

G g 2 quibus

*Ioan. 1. 40**In tom. 9.**tract. 1. ad**illud. Omnis**per ipsum, c:**1. Ioan.**Quaest. 6. in**nihil est: & nihil sunt homines, cum peccāt. Supra fin. in to. 4.**Aug. ca. 57.**in principio**de dogma-**tib. eccl. t. 3**Qui dicitur,**de fide con-**t. a Mani-**chaos ca. 8.*